

8734 litteris certis et pro aetate bonis. Ad meridiem viae.

in latere:

corona

crux ex  
frondibus

in operculo:

M D

in arca:

AVR · ALEXANDRIA · ARCAM · CONPA  
RAVI · MIHI ET FL · SOPATRO · MARITO  
MEO DVLCISSIMO · Q · V · MECVM AN sic  
5 XVIII ITA VT POST OBITVM NOST · NULL  
VS EANDEM PVTET SE VIOLARE SI QVI  
CREDIDERIT DAB · FISCO VIRIB · SOL · XX · V · I · A · L ·

Recognovi. Bertolini n. 13 *bull. dell' inst.* 1874 p. 25, *Arch. Ven.* 7, 294.

7 lectio cum evidentissima sit, etiam punctum post XX certum, interpretor *sol(idos) XX v(el) i(n) a(rgento) u(ncias) L*. Solidi auri XX si aequant argenti uncias L, pondo auri respondet libris argenti XV, id quod quinti saeculi auri argentique proportioni apte respondet (*röm. Münzwesen* p. 834).

8735. 8735a ad meridiem viae.

8735 in latere arcae:

AVRELIA D I V I I I uizit annis  
VIII M VII D I I I I CVM  
AVIA SVA AP I I I I SI QVIS  
EAM VOLVERIT aperire DA  
5 sic VIT FICO ARGenti PONDO V

8735a in antica:

AVRELIA · DIONIS I I I I I T  
ANNIS VIII M VII D I I I I si QVI  
S EAM VOLVERIT corr · VMPERE  
DAVIT FISCO ARGenti LIBRAS V

Recognovi inscriptionem in latere positam. Bertolini hanc edidit n. 18 *bull. dell' inst.* 1874 p. 27, *Arch. Ven.* 7, 295; alteram n. 55 *bull.* 1875 p. 114, *Arch. Ven.* 10, 121. Composui ego.

1 fin. IV, 3 si hodie deficiunt.

8736 ad meridiem viae.

COCCEIVS VRSVS CONPARAVIT  
ARCA VXORI SVAE INCONPARAVILI  
DECENTIAE QVE VIXIT MECECV sic  
ANNIS XI MEN X DIES XXV VT ET  
5 EGO POST OVITV MEV CON IPSA  
PONAR

Recognovi. Bertolini n. 15 *bull. dell' inst.* 1874 p. 26, *Arch. Ven.* 7, 294.

8737

FL AGVSTVS DE NVMERV  
MATTIACORV SENIORVM  
EMIT SIBI DE PROPIO SVO AR  
SI QVIS EAM APE VO  
5 DAT FIS VI ARGEN PON  
DO CINQVE

Recognovi missam a Bertolinio. *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 88.

1 VMERV non vidi.

8741 Concordiae in sepulcreto.

FL ARISTO ARCHIATER FIDELIS E  
T AVR VENERIA FIDELIS CONIVGES  
CARISSIMI · ARCAM CORPORALE  
DE PROPRIO SVO VIVI SIBI CON  
5 PARAVERTVNT SI QVIS POST OBI  
TVM EORVM · EAM APERIRE VO  
LVERIT DABIT REI · PVBLICAE  
SOLIDOS LXXXc ITEQ · S NOSTRIS sic  
LICEAT

Descripsi. Fiorelli *not. degli scavi* 1876 p. 130.

8 fortasse *ite(m)q(ue) q(uod) s(upra) nostris liceat*, id est liceat iis qui nos sepelient sepulcrum aperire, ut legitur supra n. 8727:  $\epsilon\epsilon\sigma\tau\iota\ \delta\epsilon\ \tau\acute{\omega}\ \gamma\acute{\epsilon}\nu\iota$ .

8738 ad meridiem viae.

FL · ALATANCVS DOMEST CVM CONIVGE SA  
BITORTA ARCM DE PROPIO SVO SIBI CONI sic  
PARAVERTVNT PETIMVS OMNEM CLERVM  
ET CVNCTA FRATERNITATEM VT NVLLVS sic  
5 DE GENERE NOSTRO VEL ALIQVIS IN HAC  
SEPVLTURA PONATVR SCRIPTVM EST  
QVOD TIBI FIERI NON VIS ALIO NE FE  
CERIS

Bertolini n. 22 *bull. dell' inst.* 1874 p. 28, *Arch. Ven.* 6, 382. 7, 291 deinde mihi misit accurate recognitam ediditque emendatam apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1876 p. 131.

*Fl(avius) Alatancus domest(icus) cum coniuge sua Bitort[i]a arcam de prop[ri]o suo sibi con[par]averunt. Petimus omnem clerum et cuncta(m) fraternitatem, ut nullus de genere nostro vel aliquis in hac sepultura ponatur. Scriptum est: quod tibi fieri non vis, alio ne feceris.* Similis formula invenitur n. 2305. Extrema totidem fere verbis redeunt in vita Alexandri c. 51, ubi adnotat Casaubonus eandem sententiam passim citari in scriptis patrum. Vide de hac formula disserentem Rossium *bull. crist.* 1874 p. 137.

8739

FL · AMPIO SEMISSALIS DE N MATTIA  
CORVM SEN DE PROPIO SVO ARCA SIBI  
POSVIT SI QVIS EAM APERIRE VOLVERIT  
DAVIT FISCO VIRIBVS ARGENTI LIBRAS  
5 D E C E M

Recognovi ad ectypum. Bertolini n. 53 *bull. dell' inst.* 1875 p. 113, *Arch. Ven.* 10, 119.

8740

FLAVII SERVILIO TRAVSTAGV · TA EI ILATEVTA · FELICITAS  
FLAVIO ANDIAE CENTENARIO NVMERI BRACHIATORVM COL  
lege OPTIMO ARCAM DE LABORE SVO CONPARAVIMVS QVEM  
arcaM COMENDAMVS SANCTE AECLESIAE IVITATIS CONCODIEN sic  
5 SIVM SI QVIS EAM APERIRE VOLVERIT DABIT FISCO  
AVRI PONDO DVO SIN  
E MORA

Recognovi ad ectypum. Bertolini n. 49 *bull. dell' inst.* 1875 p. 111, *Arch. Ven.* 10, 111.

Lectio extra dubium est, litteraeque ut pravae, ita certae, ut etiam E I L T recte distinguantur. Puncta v. 1 nulla adsunt nisi ubi posui. Videtur legendum *[F]lavii Servili Otravstaguta e[t] Ilateuta Felicitas*.

8742 Concordiae in sepulcreto.

FLAVIVS CALLADINVS VETERANVS MILITAVIT  
IN FABRICA SAGITTARIA VIXI ANNOS LXXX P M  
ARCAM SIBI CONPARAVI DE PROPRTCO ACCVS IN sic  
FERAT FISCO VIRIBVS AVRI PONDO VNAM sic

Descripsi et ex lapide et ad ectypum. *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 88. Fiorelli *not. degli scavi* 1876 p. 49.

*Flavius Calladinus veteranus militavit in fabrica sagittaria, vixi[t] annos LXXX p(lus) m(inus). Arcam sibi comparavi[t] de propr[i]o. Accus(at)us inferat fisci viribus auri pondo un[u]m.*